



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE ||
IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV.||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Historiarvm Indicarvm Liber Secvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

HISTORIARVM
INDICARVM
LIBER SECUNDVS.

Patefacta iam India, & incognitæ ad eam diem nauigationis ratione vtcunque comperta; primū om̄nium Emmanuel toto regno supplicationes indixit. Populi circa præcipua templa frequentes iere.

Dein, MARIAE Virginis eius nauigationis præsidi exstructam olim ab Henrico principe ædiculam in ipso aditu portus Olisiponensis, miram in amplitudinem extulit, auxitque, ac loco in primis illustri, vt ab omnibus conspiciri posset, ipsius Henrici militarem statuam collocauit. Ad eius templi custodiam, & cæremonias, & naualis præfertim turbæ ducumq; animos ritè expiandos, eximia sanctitate monachi acciti è Hieronymiana familia: quam Rex præcipua benevolentia ac veneratione prosequebatur. Locus, desumpto à Christi incunabulis nomine, Bethleem dictus: in primis totius Hispaniæ tum structuræ, tum religione visendus. Et quoniā Gamme, comitumque fama celebritasq; & multiplex Indicarum opum relatum in Lusitaniam specimen, omnium animos in rerum ingentium spem, & eiusdem itineris cupiditatem erexerat; tanti consensus ardorisque bono vtendum ratus Emmanuel; nequaquam ultrâ exploratorijs nauigijs, verū iustis iā classibus ea maria sibi luctanda constituit. Nauibus tredecim, que aluei magnitudine, & hominum fre-

E 2

quen-

quentia, & onerum estimatione, haud exiguas lisitani regni opes, & copias indicarent, Petrus Alvarus Capralis, claro & què genere ac virtute verum summa cum potestate præficitur, Gammæ interne requie ex longa defatigatione concessa. Huic Rege mandatum in primis, vt Christianam fidem religionemque in ijs regionibus tum serere, tum amplificare omni studio insisteret. dein, vt Calcutanum Regem quanta maxima lenitate ac diligentia posset, ad firmam pacem, & stabilem fœdum alliceret: ille si durum, & illiberalem, & infiducie præbere perseverasset; tum verò barbarū ius, & illatas Vasco Gammæ iniurias vindicare cumque nefarijs Christi hostibus iustum pium suscipere bellum. Idcirco, partim ad prædicandum ethnicis Euangelium, partim ad Christianorum animos procurandos, egregiè pius doctulus Theologus Héricus Fraciscanus, qui postea Sepulchri fuit Episcopus, cum sacerdotibus aliquot tandem expeditionem est destinatus: & preter portores, naualemque turbam, ex Lusitana iumento delecti mille & quingenti propugnatores in classem impositi. Capralis litato profectus, anno millesimo quingentesimo à partu Virginis, Marti mense (quem ad iter Indicum maximè idoneum) deinde monstrauit usus ad Hesperidas tertio decimo die processit. circum eas insulas fœda tempestas coorta clasē latè disiecit, è præfectis variis Ludouicus Pirrus, cum ventis ac mari aliquādū luctatus, incertum quonam proprio incommode non tenuit cursum, conuersis ad extremum vallis, Olisponem inuitus irrita nauigatione repedit. Cæteri postmodum ex errore ac trepidatione collecti, ac vitandam Guineæ malaciam, & supe-

grandum Bonae spei promontorium, longiore ambi-
tu capto, cùm se in altum dedissent, post mensem
circiter in telluris conspectū ventis ferūtur: quam
insulam initio rati, continuata dies aliquot secun-
dum littus nauigatione, continentem sine dubio
esse comperiunt. Ibi ex longa iactatione classem
portus exceptit, cui ab egregio situ, ac tuta statioē,
Securo nomen impositum. Inde ad cognoscenda
loca gentemque, descensum in terram; & Christia-
no ritu in ara subduētli sacrificatum, & concio
de rebus diuinis ab Henrico est habita: barbaris,
cùm nihil planè perciperent, tamen occulto numi-
nis impulsu cœlestes ceremonias, & sacram con-
cionem admirabili studio ac veneratione conce-
lebrantibus. Ex ijs vñus cum Gaspare Lemio in Lu-
sitaniam extemplo missus, Regem ac cæteros om-
nes ingenti lætitia atque animi voluptate perfu-
dit. In eo littore Capralis präalta Crucis vexil-
la, solenni ritu & precationibus consecrata, de-
fixit; à quibus regio sanctæ Crucis in aliquot an-
nos dicta: sed à Brasilo rubro ligno, quod tingen-
dis vestibus inde petitur, superinditum deinde
Braſiliæ cognomen, repudiata sanctiore appellati-
one, tacitus prophani vulgi consensus, & pertinax
consuetudo retinuit. Est autem Braſilia noui orbis
pars, quam, paulo poſt Capralis accessum, Ameri-
cus Vesputius Florentinus eiusdem Emmanuelis
auspicijs accuratiis explorauit, atque à duobus ab
Aequatore gradibus, partibusve, ad gradus quin-
que & quadraginta in Austrum excurrens, trigo-
ni oblongi speciem refert, cuius basis in Aequato-
rem, ac Septentriones obuersa, ab Oriente in Oc-
cidentem rectâ protenditur. Angulus extremus
ignotas ad meridiem regiones attingit. Latus in

E 3

Orien-

Orientem spectans, interposito mari Hesperiæ Aethiopibus obiacet. alterum latus à prouincia Peruana differinant iuga montium adeo cœlum, ut ipsois avium volatus fatigare dicantur, uno taxat, quod adhuc exploratum sit, eoque difficilimo transitu. Regio fermè tota in primis amarum est, cœli admodum iucunda salubrisque tempore: lenium quippe à mari ventorum commissimi flatus matutinos vapores ac nebulas tempestivè disficiunt: solesque purissimos ac nitidissimos reddunt. Scatet ea tota fermè plaga fontibus ac syluis, & amnibus inclytis: è quibus (ut se quo staceam) is quem Argenteum vocant, lemurum quadraginta oslio in mare fertur adeo lentus, vt inde nautæ dulces hauriat latices quam tellurem ex alto confspiciant. Terra par in planitiam exspatians, partim in colles clementer assurgens, fœlix præpinguis glebis, & in solo semperq; vernate, credita semina multip reddit foenore: ac saccari præsertim est ferax, cœleste est donum, Attico melli multis partibus præferendum, proceris arundinibus conditura: è quibus aquaria mola dulcissimus humus expressus, in ahenis ad purum excoquitur, tum in vbi libuerit, eliquatus, artifici manu pigmentum instar cere varias in effigies indiscreta pane usum similitudine trahitur. Cuius generis officinae, scis ignotæ, hodie, qua præserim incolunt Lufitati, passim exstructæ vissintur: atque ex ea mercenari quidem nauibus quotannis in Europam euangelizantissimo compendio longè lateque diuenduntur. Certis etiam è plantis, quas vulgo Copaias

cent, inciso per æstatem cortice, in modum balsami liquor suauissimi odoris emanat: cui, cùm ad alios mortalium usus, tum ad curanda vulnera, & cicatrices tollédas, mirificam esse perhibent vim. ex plantæ cernuntur affrictu animalium attritæ, quæ à serpentibus venenatis, aut à feris icta, ad remedium illud ipso naturæ instinctu se conferunt. At Zabucales quæ dicuntur, admodum excelsæ, magnos ferunt summa duritie calices, ore in terram obuerso, & quidem admirabili naturæ solertia pyxidatim operto, ijs calicibus nuces castaneæ saporis egregij continentur: quæ vbi maturuerint, excusso confestim operculo, paulatim ipse per se in alimenta incolarum ad vnam è calice defluunt. Sylvestria etiam sunt Caiusia pyra, apprimè succosa & innoxia, itaque medijs caloribus audiè manducantur: cæterū in imo pyro faba quedam extuberat cortice amarissimo, prædulci medulla si torreatur. pyro præterea, refrigerandi vis: faba calefacit. Verum, ex omni genere, palma tribuitur ijs, quos vulgus Anazates appellat. Planta est humilis, cuius è ramis veluti pinea numenta dependent præmollia: hæc suo tempore in frusta defœcta, gratissimo simul odore ac sapore, non recenti duntaxat edulio sunt; verum etiam in longum tempus adseruantur è saccaro. Iam vero, illati in eas regiones ex orbe nostro melo pepones, cucumeres, malogranata, ficus, vitesque biferae ac triferae, necnon multiformia mala medica suppetunt. Ad hæc, est videre complures alias pomiferas arbores, quas percensere nimis longum sit; piscesque, & aues coloris eximij & quadrupedia plurima, sed ferme sylvestria, partim nota nobis, partim ignota. in quibus utique

apparet quām miris modis, ac varijs, diuinastia laudat in orbe terrarum. Ex eo numero, vīca perstringam, apri sunt amphibij, carnibus timis ac saluberrimis. ij, quod priores perbreves habent, posteriores autem prægosi; tardiore sunt cursu: itaque deprehensi a voribus, quā proximum est, sese aquis immergit. Antæ sunt etiam, gentis vocabulo, ad mulæ simitudinem; sed minores, & rostro tenuiore, inferre autem labro tubæ instar oblongo, rotundis ribus, breui canda, reliquum cinereæ corporis. dem lucifuge sunt, non nisi noctu ad pabul prodeunt: ubi diluxit, in sua sese condunt bulula. Huius belluæ carnes gustatu planè bullas referunt. Cotjas verò nominant, magnitudo, & forma, & sapore leporum: rufo colore, pennis auribus, cauda fere nulla. Maiores sunt dem fere speciei; quas Pacas vocant: rostro ad faciem félis, fusco colore, candidis maculis terstincto: neque carne tantum, sed & corio prætenero, atque ob id ipsum in delicatores, las expetuntur. Cæterū insolito specaculo, tuſæ sunt, ad porcelli magnitudinem: corio loricatum loricato, sic, ut equi cataphracti specie reddant: exeo caput duntaxat, cœn testudines erunt; pedibus contractis: & specubus ferme cuniculi sese continent: hæ quoque carnes palati gratissimæ. Magna præterea vis tigrium est: quæ melicæ, horribili velocitate sunt, viribus quemendis: eisdem pastæ (quod mirere) tanta ignorantia dicuntur esse, ut à gregarijs etiam cambo confessim in fugam agantur: adeo, cibi potius satietas, non homines tantum, sed etiâ feras habentes reddit. Illud verò mirum in Cerigonibus (animis)

animanti nomen, buxeo colore, vulpeculae magnitudine) ex eius alio duæ dependent veluti mantice: in ijs catulos circumfert, & quidem adeo pertinaciter suo quemque vberi affixos, vt à perpetuo suetu non auellantur, antequam ad pastum ipsi per se progreedi valeant. Valde etiam inusitata & effigie, & natura est animal, quod ab re ipsa Lusitani Pigritiam appellat, Cerigonum fere magnitudine, sed rostro fœdiore ad aspectum, & vnguis ad digitorum similitudinem prominentibus. Huic, ex occipitio existens coma ceruicem velat, lentoque ipsa ventris adipe verrit humum; neque vñquam, in pedes exsurgit: denique tam tardè mouetur; vt quindecim ipsis diebus ad lapidis ēum continuo traçtu vix prodeat. Viētitat arborum folijs, & in earum cacuminibus degit plerunque: quarum in ascensu biduum circiter, tantundem in descensu ponit. neque vero adhortationibus tantum aut minis, sed ne plagis quidem fustibusve bestiam vel tantillum de insita ignauia ac tarditate dimoueas. Miradum est etiam genus carum, quas Tamendoas vocat; veruecis altitudines; colore fusco; prælongo ac tenui rictu; neque eo ad malas diducto, sed modicè ad imum inciso. Vngibus instructa est quadrupes mirè longis latifque, nimirum ad viētum facilius comparandum: namque formicis alitur, quarum latebras vbi crebro vnguium iniectu ac fossione detexerit, illi cò exertam trium ferme dodrantium linguam immittit exilem, opertaque formicis repente contra hit, glutitq; deceptas. Huic, vti sciuro, valde promissa & setosa cauda pro tegumento est. sub ea quippe ita se condit, vt nihil ex reliquo corpore prorsus appareat. Neque hæc tantum, & alia indi-

dem sylvestria, vt dixi, verū etiam nuper à litanis inuecta pecorum & equorum armenta pù nè admirabili prouentu fœtificant. quò magistrum, vberrimo agro, mitissimo cœlo, tam fera acerba esse incolarū ingenia. Nullos omnino col Deos, omnibus tantum, & augurijs ad infaniā diti, & ariolis impostoribusque miserandum modum quæstui sunt, nudi & quæ viri ac foeminae prorsus incedunt, robustis lacertis, fluxo à vertice duntaxat capillo; nam cæteras corporis partes identidem expilant: simis, vti Sinarum populi, tribus: æneaque ipsi cute, atro insuper succo ponuntur. Genipapi totum subinde corpus inficiunt, prærea insertos habent iam inde à prima ætate deliciarum causa quidam inferiore duntaxat labrum, quodam etiam facie tota prælongos nullius pretij pillos, tetro sanè spectaculo. Gregatim peregrinatur ordine simplici, silentio miro. virum uxori manifestat. Carorum aduentum, circundatis collo bochijs, appresso ad pectus capite, cum effusa copulatione altisque suspirijs primū excipiunt, ut laborem & incommoda miserantes: momento de in siccant oculos, habentque lacrymas in potestate. Grauidis haud ita multus in partu dolor, à perperio fœta cōfestim exsurgit, ac domestica obimpigrè ministeria, eius loco (q̄ vix credit quicquam) in aliquot dies velut æger decumbit matutus. hic officij causa ab amicis ac propinquis insurgitur, huic sorbitiuncula dantur ad refouendas res. huic, de gentis more, bellaria & delicata minuscula deferuntur. Numerandi rationem, ac litteras ignorant omnes, tantum tenui quadam traditione, nonnulla de Noe, de quæ diluvio à patribus accepisse dicuntur: vt valde probabile sit, post diluvium

dissipatos quondam diuino iussu mortales, nullū
huic genti cum nostri orbis hominibus fuisse com-
mercium. Vino ac frumento in hęc usque tempo-
ra caruere, satiuā radice vicitantes, in farinam re-
ducta, quam mandiocam appellant. sub eodem te-
&to, ad inuersę modum carinę prælongo, multę si-
mul familię degunt, noctu ad noxia viranda ani-
malia cubantes in retibus à terra suspensis: viuū
que in diem; & quicquid habent, in commune
facillimè conferunt, nihil in posterum solliciti.
Natandi arte ad miraculum usque præcellunt.
Sub aqua totas interdum horas, ubi quippiam
in imo querendum est, patentibus oculis vri-
nantur. itemque laboris & ineditæ patientissi-
mi sunt. triduum ipsum, ubi penuria ciborum
ingruerit, ieiuni traducunt: iudem, si copia suppe-
rat, à primis tenebris ad lucem usque in conuiuijs
& compotatione persistunt. Recēt aut perperam
factis, nihil post mortem præmij supplicijue su-
peresse arbitrantur. Qui diem suū obière, eos per-
inde ac decesserint, vel integro corpore, vel man-
cos, aut debiles, vulneribusque confosso, descen-
dere ad orcum putant. ergo incremata condunt
humī cadavera, addito rete, cubandi causa, necnō
edulijs per aliquot dies appositis; quid ita persua-
sum habent, & somniū interim capere, & cibo ves-
ci manes mortuorum. captos in prælio hostes (cre-
bra aut̄ inter eos bella excitatur, ac sagittis præfer-
tim utuntur egregie) multorum dierū cura sagina-
tos, ingenti cū tripudo mactat̄; vorat̄q; tosta veru-
bus membra, ex optatissimæ Brasiliæ epulæ sunt.
neq; si cui hoc leti genere perire contigerit, male
secū actū existimat: quimmo ad mortē pergit ala-
cer ac securus: editisq; cōtra ipsos met percussores
faci-

facinoribus, magnifice in ipso necis articulo
 riatur. Sparsis domicilijs habitant, nullo magis
 tu legibus ne conscripti. lingua nec difficilis cog-
 tu, & una sermè est omnium: quotquot adhuc pro-
 bè noti sunt, exceptis certarum rerum vocabul-
 quæ aliter à viris, aliter à fœminis usurpatur. In
 ex alphabeto elementorum F. L. R. nullus ap-
 eam gentem est usus: minimè absurdâ quo runda
 animaduersione factum id esse diuinitus; eò quo
 Fide, Lege, Rege, sicuti dictum est, careant: bene-
 orum acceptorum immemores: & quæ iræ ac libid-
 nis impotentes: ad pugnas & certamina temerari
 precipitesque: vltionis & humani sanguinis ad
 dissimi: ad summam, belluis quam hominibus p-
 piores, qui quidem mores patrios reinent, ac mu-
 diterranea incolunt loca. nam post illatum ab So-
 cietate IESV Euangeliū, & liberalium artium
 disciplinas; in vicis & oppida contributi, prae-
 tim qui mare accolunt, ad humanitatem ac pie-
 tem magnis laboribus excoluntur. Verùm hæc
 loco fusius. Capite damnatos viginti homines O-
 pralis è Lusitania secum auexerat, poena mortis
 exilium commutata. Ex eo numero duobus ad ges-
 tis mores linguamque descendam ibi relictis (quæ
 rum unus deinde ad illa commercia magno via
 Lusitanis fuit) ipse, ne frustra tempus insumeret
 ventis in Orientem vela permisit. A Brasilia ad Bi-
 næ spei promontorium immani traiectu leuasta
 merant fere mille ducentas. Oceanus stauentis ves-
 torumque furentium ea præcipue regna sunt. In
 spaciū audacius quam felicius ingressis Maio me-
 se Lusitanis, flammeus Cometes horribili specie
 decimum usque diem continenter apparuit. Ianu-
 que variante saepius cœlo pelagoque, atre

dæ nubes ad Septentrionem congregatae, omnem
in se statum quasi reciprocando collegerant: mare
languidum erat; insidiosa tranquillitas; nautæ loco
rum ac tempestatum ignari, ad auram vndiq; cap-
tandam, totos velorum expanderant sinus; cum ex
ijs, quas dixi, nubibus, vniuerso repente impetu se
se effundens Aquilo transuersas quattuor naues,
quarum ad contrahendū minus aptè fuerant arma-
menta disposita, inspectantibus cæteris, momento
ita euertit obruitque, ut è tanto hominum nume-
ro nemo prorsus evaderet. In ijs Bartolomeus Di-
azius, cuius supra meminimus, rei nauticæ gloria
in primis illustris, cum è tot iam, tantisque pericu-
lis antea fuisset ereptus; miserandum in modum
interiit. Salutis reliquis suère vel demissè raptim am-
tenuit, vel, vbi id non licuit, vela ipsa vento disru-
pta. Eo tam horrendo spectaculo exanimati qui su-
perfuerant, consanguineos alij, alij caros, amicos
que oculis frustra requirere, ad lacrymas, & com-
plorationem proni, vtique, ni in cœrōrem ex interi-
tu alieno, sui cuiusque periculi metus obstupeface-
ret, quippe Borea pertinaciter flante, pelagus iden-
tidem intumescere; fluctus modò ad astra ferri, mo-
dò ad tartara pænè ima subsidere; naues cum extre-
mo salutis discrimine propemodum inter se colli-
di. Ad hæc, atra caligo, & rudētum stridor, & dis-
sonæ voces varia & incerta iubentium, non oculo-
rum modo, sed etiam aurium usum abstulerant.
Quin, & salum ipsum interdiu piceo, noctu igneo
colore terrebat. Viginti ipso dies tempestas atro-
cissima tenuit. Lusitani millies quotidie morien-
tes, & cœlestē assidue implorantes opem, qua matris
tulit impetus, hac illacq; dispersi. Frætoria cū dua-
bus nauibus Bonæ spei promonto: ium per impiu-
dentiam

dentiam præteruecta, Primas quas hodie vocam, insulastenuit, ad eam tres deinceps circa Sofal oram adiunctæ. Vna, Petro Dia prefecto, per summa pericula & ingentes ærumnas in Lusitaniam redijt. Ita Capralis è tredecim nauium numero, cù sex dumtaxat, ijsque laceris ac debilitatis ad Mosambicum accessit. Incole, prioris anni clade perterriti, armamenta, commeatus, ac duces itineri benignè admodum præbuere. Classe refecta, ad Quiloam urbem, atque inde, nequicquam tentan superstitione Abrahemi & amicitia; Melindem eventum: & magna regis voluntate renouato fide re, hospitioque, & oratore, quem Gamma in Lusitaniam auexerat, in terram exposito; in Anchediu insulam, cuius ante meminimus, Concanio sa Canarino Indiæ littori obiectam, secunda nauigatione traijciunt. Ibi rite expiata Lusitanorum criminis, & pane cælesti omnes refecti. Barbaris Eusegelium, quamuis, vt videbantur, ad virtutem pietatem propensis; tamen ob sermonis inficiatiæ promulgari non potuit. Ad Calecutum deinde naues applicitæ, qua re, contra quam plerique putarant, Zamorinus haud mediocrem letitiam præ se tulit: ac petenti Caprali haud grauata se in colloquio dedit. in eo colloquio cùm pax & amicitia certis legibus conuenisset; ades in urbem Lusitanis ad diuersandum ac negotiādum benignè attributæ, iamque Lusitana gaza exposita; & coratoribus ad commutationem serum à Capri institutis; admirabili securitate sacerdotes Eusegio, reliqui mercimonio dabant operam; cù ab ijdem Aegyptijs, & Saracenis inslitoribus qui ereptam sibi & quæstus materiam, & locum apud Regem gratiæ non ferebant; urbana ple-

varijs artibus & criminacionibus nouos in aduenias incitari cæpta. Neque ita multo pòst, assiduis Mahometanorum stimulis, & Nairum aliquot ac principum auctoritate compulsa; &, quod caput est, præsentis prædæ illecta dulcedine, vel inscio, vel consentiente, certè non prohibente Rege, subito arreptis armis, Lusitanorum diversorum aggreditur. ibi ingenti clamore ac tumultu excitato, claustra conuellere, fores effringere, per vim conatur irrumpere. Nostrí, quamquā improuiso malo perterriti, è fenestrís tamen teclisq; fortiter primos barbarorum impetus repulere: sed per fosso demum, dirutoq; pariete, vis ac numerus yltra sustineri non potuit. hostium ad quattuor millia telis ac sagittis instructa conuenerat. Lusitani septuaginta non amplius, in hospitio versabantur. ex ijs ad quinquaginta partim capti, partim interfecti, reliqui male multati, in ijs Henricus antisles cum sodalibus quatuor, multis acceptis vulneribus, ad classem vix euasere. Fuitque adeò repentina clades, vt antequam è nauibus afferri subsidium laborantibus posset, caso præsidio, expugnata domus, ac momento direpta sit. Capralis, quā uis tam atroci ac nefario scelere, vt æquum erat, valde commotus, animum tamen præclarè vicit, ac sapienter dolori moderatus est, dum aliqua ratione cognosceret, utrum ad Calecuti Regem aliqua pars facinoris eiusmodi pertineret. Ast ubi supertali tantaq; re nihil sibi neque purgationis, neque satisfactionis afferri vidit; procul dubio affinem eius culpe Zamorinum interpretatus, onerarias decem in ipso portu, mercibus & annona refertas, injectis flammis prorsus incendit, nautis partim igne absumptis, partim captis,

ptis, & ad classis ministeria distributis, cui tanto
malo ne subuenirent oppidani, horrifica pilarum
procella deterriti sunt. Dein, obuersis in vrbe
maioribus tormentis, ædificia complura disiecta,
mortales multi fœda laceratione discepti. ex ijs
Naires vnu Regi acceptissimus, cùm ad pedes-
ius repente cecidisset; plenus pauoris in præsen-
iarum ac minarum in posterum Zamorinus illico
ex vrbe secessit. Capralis verò egregiè vltus suorū
cædem, barbaris amplius sexcentis terra marique
peremptis, nauibus hostium captis, & in ciuitatu
conspictu combustis, quòd profectionis tempus
instabat, mense Decembri ad Trimumparam Co-
cini Regem inde se contulit. Cocini regnum à Ca-
lecuto leucas ferme triginta in meridiem distat.
iusdem nominis regia vrbs ad ostium Mangatis flu-
minis, mari introrsum æstuante, ad formam pen-
sulae cingitur. Aedificia, mores, instituta fermè
dem quæ Calecutanis. Indicarum verò frugum, &
aromatum, ac piperis præsertim, ager longè ferti-
lior. Rex tum alijs de causis Zamorino clam erat
infensus, tum quòd monopolio Calecuti instituta
mercaturam ab suo cæterisq; regnis pñè per vim
auerteret. Accedebat metus è nimia Zamorini po-
tentia ac propinquitate; cui se, & reliquos Malabar-
icos Reges multis nominibus videbat obnoxios.
Atque ut malus amicitiae fidei q; custos est timor
ex ea seruitute ac periculis eripi se vchementer op-
tabat. Capralis, cùm è regione Cocini iactis anchæ-
ris constitisset, quòd omnis Malabarici nominis
fidem iure suspectam habebat; neque se, neque suorum
quemquam incolis credendum existimauit.
Michael erat quidam Christianus è Iogue, patru-
llis diebus Henrici & sociorum opera, ad Eccle-

Sam adscriptus; Indicx rei bene peritus, & magna
apud omnes existimatione. Hunc, tentandi foede-
ris & amicitiae causa, Capralis ad Trimumparā le-
gat. Rex, qui de Lusitanæ gentis opibus, & rei bel-
licæ gloria, deque rebus cum alibi, tum ad Calecu-
tum gestis multa inaudisset; iam ante in eius natio-
nis admirationem ac benevolétiā excitatus; qua-
si inopinatam aliquam hæreditatem, sic oblatam
eius amicitiae facultatem audiē arripuit. Datis vī-
tro obsidibus nobilissimis, mira liberalitate de cō-
mercij legibus cum Caprali decidit; & singulari di-
ligentia ac sedulitate, per impigros ministros,
& quo admodum pretio, mercibus Indicis aduenia-
rum naues quām primūm oneradas curat: eorum-
que procuratoribus propriam in suo regno sedē,
ac domicilium dat. Dum h̄c ad Cocinum geruntur,
legati a duobus finitimiis Regibus, Colani, &
Cananoris (regionū & oppidorū ea nomina sunt)
Caprali, si ad eōrum portus commeare veller; com-
mercium & amicitiam longē optimis conditioni-
bus detulere. Quas ille conditiones, quod cum Tri-
mumpara iam bona fide transegerat, in præsentia
repudiauit: animum & voluntatem accipere se, &
libenter vtriusque propensioni & officio testi-
monium in Lusitania daturum esse pollici-
tus est. Cananoris tamen Rēgēm, quod multo
enixius egerat, constitutis Cocini rebus, in redditu
sibi adeundum putauit. Ea vrbs abest à Cocino leu-
cas in Septentrionem quadraginta; portu in pri-
mis capaci tutoque. oryza importata vtuntur in-
cole: carne, pisce, pomis abundant: ac præterea pi-
pere, cardamomo, gingibere, tamarindis, cinna-
mo, & myrobalanis: ad easq; digerendas merces, nō
exiguo diuinæ bonitatis argumento, tellus pluri-



mis concisa & suarijs, fluminibusque, nauigia
quequaq; facilis aditu admittit. stagna quoq; pa-
sim occurunt ingentia, grandibus plena lacem
ad Crocodili effigie: iij tergoris duricie, conchilli-
rum instar, impenetrabili, enormi capite, dupli-
dentium serie, horrendo proflus hiatu in homi-
farenter inuidunt. Forum halitus oris est suauis-
mus: at contraria in eadem regione serpentium &
guium adeo teter ac noxius, vt afflato ipso nec
perhibeantur. Vespertilioes quoque sunt multi
dentibus & rostro vulpinis, miluij magnitudine
præcipuo in honore mensarum. Aedificia moni-
que cuiusmodi cæteris Malabaribus. Rex, inanum
Deorum simulacra colit: Brachmanica disciplina
& sacris initiatus, vt reliqui. Ab eo Capralis ora-
rem ad Emmanuel accepit, & usurpandi mag-
comercij, & amicitiae causa, quam quod nouis
neribus multâ loci superesset; cōplura frugū Im-
carum pondo ibi coemit: inq; Occidentem Iam-
rio mense cursum instituit. Plenis velis eunte,
ginti majoris formâ naues, multis referta milli-
armatorum, Zamorini iussu frustra insequuta, la-
dico transmisso Oceano, è sex onerarijs vna va-
circa Melindem inhæsit, eius armamentis ac sp-
lijs ne Saraceni potirentur, cōcrematus alueus,
strumenta machinæq; bellicæ consultò demen-
tas tamen Rex Mombazæ deinde expiscatus,
Christianorum damnum perniciemq; conuen-
Inde Capralis itinere solito circuectus Africa
Iulio denique mense exente mistum ingenti de-
lore gaudium in patriam retulit: quando tot ve-
carorum, vel fortium virorum interitus, quan-
nis pecunia diuitijsque compensari minimè po-
te videretur. Eodem anno, incertus quo loco

res esset Indica, Emmanuel Ioannem Nouam Cal-
lacum, notæ fortitudinis & prudentiæ virum,
cum nauibus quattuor Caprali subsidio miserat.
is, paulò infra Aequatorem primus insulam in-
uenit, que à salutari MARIAE Virginis Con-
ceptione denominata est. inde nusquam occur-
rente Caprali, Melindem delatus, deque ipsius in
Lusitaniam reditu, & Calecutana cede, & insidijs,
multorum sermone certior factus ; Cananorem
petit, regemque honorificis verbis Emmanuelis
nomine salutauit. Inde præter Calecutanam o-
ram Cocinum proficisci, classis ingens na-
uium plus octoginta apparuit : quam Zamori-
nus haud dubia victoria spe, ad Lusitanos in ip-
so Cananoris portu opprimendos, celeriter mi-
serat. Neque deterritus tanta multitudine Ioan-
nes, nauibus ad faciliorem circumactum vsum-
quet tormentorum, in altum euectis ; assidua iacu-
latione prælium ad solis occasum præclarè susti-
nuit: neq; vnquam hostibus tanto superioribus nu-
mero, locum ad conferendas manus, seque circum-
ueniendum reliquit. Paronibus nouem, onerarijs
decem depressis, epibatis amplius quadringen-
tis desideratis, Calecutum postridie moesti Ma-
labares, vniuersa lugente ciuitate, rediere. Ioan-
nes, egregia parta victoria, gratulantibus regulis,
Cocinum adjit; naues per otium onerauit; feliciq;
successu ouans in Lusitaniam iter intendit. Tran-
suectus inde Bona spei promontorium, aliam in-
sulam patefecit, que sanctæ Hellenæ, cuius tum dies
natalis agebatur, est appellata: modico quidem il-
la circuitu, sed saluberrimo celo, aquis optimis,
& egregia frugum & carnium copia: loco præter-
ea ita opportuno, ut ad recreandas è longo itinere

F z

Lusi-

Lusitanorum classes, diuino consilio ibidem en-
videatur esse. Minus è sententia per idem tem-
pore nauigauit Consalus Coelius: qui cum sex na-
bus in Brasiliam destinatus, amissis locorum ac
pestatum iniuria quattuor, nil nisi rubrū lignū
& simias, psittacosque in Lusitaniam retulit. Intra
ea Emmanuel, cognitis rebus in India gestis, cla-
sem paravit nauium viginti, rebus omnibus insu-
cissimam: quæ vel amicis præsidio, vel hostiis
terrii esse posset. huic iterum Vascus Gam-
cum summo totius Arabici, Persici, & Indicar-
is imperio præfectus, cùm Olisipone mature lo-
uisset, ex itinere Abrahemum Quilox tyrannum
tanto apparatu perterritum, Emmanueli stip-
diarium fecit, imposito annuo tributo, quod dicitur
millium mitcalium, ut ipsi appellant, vel au-
rum summam haud excederet. Inde cùm in Ma-
barestrae cisset, ingentem Saracenorum nauem
militibus & omni telorum genere paratissimam
Calecuto redeuntem expugnat: in ea Mahometa
permulti interempti, Mecam ad pseudoprophet
sepulchrum superstitionis causa peregrinantes
pueri ex eadem secta complures Christianis pre-
ceptis imbuti baptizati que sunt: quos Gamma
Olisipone postea templi Bethleemitici minister
dedicauit. Ab ea victoria Cananorem adjit; Regis
que & oratorem suum, & ab Emmanuele per-
pla dona cum litteris reddidit, ac renouato fredo
re Cocinum tetendit. Ibi dū sui Regis negotia con-
ficit, repente legati affuere à Christi cultoribus,
qui non longè a Cocino Cranganorē habent urbe
è vetustissima illorum stirpe, quos beatus quoniam
Apostolus Thomas ad sanam religionē ac fidem
à Brachmanarum fabulis, & impura superstitione
tradidit.

traduxit. Is Indiam prouinciam in orbis terrarum distributione sortitus, Socotoram insulam Arabici maris fertur adiisse primum: dein, multis ibi factis Christianis, traieciisse Cranganorem, in ea ciuitate cum multos item Christo filios peperisset; Colonum petijt: neque ibi frustra disseminato Euangelio, trans iuga montium ad oram orientalem ingenti labore contendit: multisque locis, ac prese-
tim in Coromandelis regno, Christiana re bene gesta, perrexit in Sinas, quorum ea tempestate celeberrimum erat nomen; ac diuini verbi semetem in eo quoque nouali facere instituit. Atque haud pœnitenda collecta fruge, templisque ad Christi cultum ædificatis, in Coromandelem ad reuisen-
dos & confirmandos in fide neophytos rediit. Co-
romandelis caput ac regia tu erat vrbis Meliapor;
quam vetustate bellisque dirutam nuper Lusitani,
deducta eò militum emeritorum colonia, frequen-
tarunt, ac mutata appellatione, honoris Apostoli
causa ab sancto Thoma denominarunt. In ea vrbis
sacram ædem extruere aggressus Apostolus, cum
a dæmonum sacrificulis, & ab Sagamo rege prohibetur;
res interim insignis accidisse perhibetur
ad Christi virtutem, & fidem Euangelij compro-
bandam. Inusitatè magnitudinis truncum, ut sit, in
littus eiecerat mare, quod eo tempore leucas fere
decem ab vrbis distabat. Eam Rex materiam cum
in vsum ædificij cuiusdam vehementer expeteret,
robusti primùm homines incassum funibus erga-
tisque amouere conati, dein adhibiti complures
elephantis, cum toto connixi impetu nihil omnino
proficerent. Apostolus Regi conditionem tulisse
fertur, si truncum illum sibi ad templum vero Deo
ædificandum daret, nullis machinis, nullo morta-

Ium adiutore, sese protinus eum ad urbem atteturum. Cum rex, insanire videlicet hominem tuus, per ludibrium annuisset; tum Diuus Thomas zona, qua erat præcinctus, ad prominentem eisdem ramusculum annexa, signo tantum factu Cacis, immancem stipitem faciliter ducentum sequentem, niuersa ad spectaculum effusa ciuitate, in ipso moerio statuit: ibidemque defixa lapidea Crucifixinatus est, cum ad eum lapidem usq; pertinet pelagus: tu Diuino iussu est remotissimi tercandidos homines ad eadem, quæ ipse intulit sacra instauranda venturos. Neque fecellit praetatio. Siquidem sub Lusitanorum appulsum, occultis tot annorum accessibus locus Oceanorum allui cæptus. Verum ab eo signo exterque virtutibus, cum Thomæ verbis maior in die accresceret fides, Brachmanas autem, siccus & facijs parta iam auctoritas, iam sagina deficeret, census rabie quida ex ijs, foedum ac ferum facili demonis instinctu consciuit. Filio admodum pueru ipsummet necesse intulit, ut haberet unde pregrino & inuiso capitii crimen exitiumque; confab. Citatus ad Regem Thomas, cum accusator ab aliis per summam indignationem & querimoniam pueras filij extinti repeteret; contra, Thomæ discolori, affinem aut omnino conscientium eius culpa manifestū negarent; nihil opus esse conjecturis & certaminibus ait Apostolus, ab ipsomet qui occisus catur; omnium optimè cognosci rem posse, per eius publicè interrogandi potestas fiat. nihil res satu ab aduersario: & cunctis tamen inaudita rei explicatione suspensis, cadauer in mediū assertur. Tu exanimè pueru Thomas placido & sereno vultus uersus: Agedū, inquit, per Christū, quem ego de-

prædico, palā & sine ambagibus puer prome; quis-
nam huiuscē tanti sceleris autor extiterit. Mirum
dictū ad Chriſti nomē, frigido & exfangi corporu-
culo vitales cōfessim redière spiritus: & clara vo-
ce, ut omnes exaudirēt; Thomam certū summi Dei
legatū, & ipſius odio, ad ſtruendam illi calunia,
nefariasā parēte ſibi manus illatas eſſe conſirmat.
Hactā illuſtri tamq; admiranda teſtificatione fra-
etus caluniator obmutuit. Sagamus propenſo iam
ante ad credendū animo, Christianam deinde fidē
ac religionem ſine vlla dubitatione cōplexus eſt.
Regem ex amicis & popularibus imitati cōplures.
Brachmanis, quamquam detecta diuinitus fraude,
& pulſo in exilium parricida, pertinax tamē & ca-
ca māſit improbitas, cum lātos Christianā rei pro-
gressus, & neglecta Deorū simulacra ferre nō po-
tent; facta conſpiratione prēconem Euangeliū ē me-
dio tollere omnino conſtituunt. Tumulus erat
non procul ab urbe: quo Thomas idētidem, ē Chri-
ſti disciplina, ſecedere propitiandi æterni Regis,
& ſui recolligendi gratia, confueuerat. in eum lo-
cum, tempore captato, Brachmanē armati cum ſui
ſimilibus impetum dant. ibi Apoſtolum dum ad
Crucem, alienatō ab ſenſibus animo, Deum pro fa-
lute hominum, & eius præſertim populi deprece-
tur; telis primū ac lapidibus appetitus, dein ab
vno ē Brachmanis lancea transfossus occubuit. ve-
nerandum corpus inde ſublatum à diſcipulis, & in
templo nuper edificato conditum eſt. Accessit mar-
tyrī nomine, & memorie cauſa, fragmentum
haſtre, que inhaferat coſtis: & baculus præfer-
ratus, quo ille ad peregrinationes vrebatur: &
vrna ſictilis cefpite infero, nempe qui ma-
nentem ē ſacris vulneribus cruorem eſbiberat.

exinde locus multis miraculis claruit, ac magnus eodem ex omni parte cōcursus, voti & religione ergo, fieri cōptus. Hæc ferme Indi sciscitantibus Lusitanis, non è fama solū, sed etiam è veterum annalibus edidere. quin egregias Thomæ laudes ac mortem pro Christi nomine fortiter obitam pueris Malabaribus patrio carmine decātare moest. Sunt qui cum tribus Magis, qui ad Christi liberatoris incunabula cum muneribus adoranda, Sybillæ Indicæ (vt ferunt) monitu, stella duce reterderant (quo in numero Pirimal Ceilani rex ponitur) Thomam in Oriente congressum: de que immuni trunco miraculum non Meliapore, sed Crangonore perpetrasse dicant, ac postremò in Calamini vrbe mactatum regis imperio (qui Sagamo defuncto successerat) ac facium deinde corpus Edessam Mesopotamia translatum à Christianis fuisse contendant. Vt cumque res habeat (nam ego meam interponere sententiam in tali re, tantoq; locorum & temporum intervallo non ausim) satis constat, Apostolum in Coromandelio tractu Gangeticis, nus, palmam tulisse martyrij. nec dubium est, quin ex diuini viri præceptis atque institutis, ingēs hominum multitudo varijs Indiā dispersa regionibus, in hæc usque tempora, Christi nomen fidemque tenuerit; quamquam ex Armenij Patriarcha Nestoriani placitis, a quo Episcopos paulo ante hanc memoriam accipere cōlueuerant, multis viatis & erroribus inquinatam. alioquin, Apostolicas cæremonias magna ex parte obeunt, altaris mysteria religiosè venerantur; eoq; viatico, decedentes è vita, se muniunt, Aduentus Domini, & qui draginta dierum solenne ieunium diligenter obseruant; quotidiana p̄salmodiæ, & sacris insistunt.

& cū

& cùm alia Christi Domini Sanctorumq; festa ritè concelebrant, tum verò præcipue paschalium feriarum octauam, quam Dominicam in albis vocamus; quòd eo demum die, incredulus antea Sanctus Thomas, indito in Christi latus ac vulnera digito, Dominum suum, ac Deum suum præclara testificatione confessus est. Alia præterea multa ex maiorum traditione diligenter obseruant, eo maiore fidei & constantiæ laude, quòd ob id ipsum non modò à Mahometanis hominibus acerbè vexantur, sed etiam ab regulis Ethnicis in seruitutem redacti, cùm alias indignitates & contumelias perferunt, tum verò sedem ac domicilia inquis pensionibus redimere subinde coguntur. ijs, aduentu Lusitanorum, noua diuinitus affulsiſſe lux visa. Consilio inter se habito qui Cranganoris incolunt fines, ad Gammam in propinquuo versantem, legatos (vti orsus eram dicere,) destinarunt. quorum summa orationis fuit; le & vetustissimos Christi famulos esse; & hoc ipso Lusitanici nomini cupidissimos: multa se à barbaris indigna quotidie pati: petere & orare, vt Emmanuelis Regis nomine se suaq; omnia in patrocinium fidemque recipiat. Sub hæc, deditioñis insigne, sceptrum argento decoratū Gammæ supplices detulere. Quos ille benigno vultu, comiter & amicè complexus, bono animo esse iubet: vel in primis mandatum sibi ab Rege Lusitanicæ affirmans, vt Christi fideles quorquot in ea regione super sint, omni ope atque auxilio subleuet: nondum id sibi per Calecutanorum insidias, & quotidiana viri discrimina licuisse: ac ne tum quidem ob angustias temporis, reditu iam iamque imminente, posse illis quam vel maximè cupiat operam studiumque præstare. Cæ-

90 HISTORIA. INDICARVM

terum, quæ prima se occasio det, enixè curatur, ut non sine causa Christiani omnes in Regum Lusitanæ pietate opibusque, certissimum suæ salutis commodisque præsidium esse constitutum intelligant. Interea, si qua necessitas incidat gravior, ad Lusitanum confugiant præfedium, quem firmo cum prædio sit in India relietur. Isen Vincentius Sodreus, cui Emmanuelis iussu Gamma sex ornatissimas naues ad maritimam ortuendam reliquit, ut Saracenos, & Arabas ab Indiæ littoris accessu & commercijs prohiberet. Interea Zamorinus varijs artibus atque fallacijs Gammam ad se perlicere & circumuenire contus, cum nihil ei procederet; Trimumparæ per literas ac nuntios alternis rogando minandoque fraudere etiam atque etiam institit, Gammam comites vel sibi proderet, vel certè eis finibus in pérpetuum exterminaret. Cui tam impudenter postulato, fortius ac liberius quam à barbaro expectari posset, semel iterumque respondit ille: nullis neque promissis, neque terroribus adducto posse, tantum ut in se facinus admittat, insinuanturæ simul ac gentium violet. Si quid ab se petat, quod saluo officio præstare possit; id verò se libenter ipsius causa vel cù damno facturum. Quavim constantia vehementius irritatus Zamorinus, Lusitanos primum, deinde in Trimuparam ipsum apertè grassari constituit. Rebus iam tractatus, Gamma redditum in patriam maturabat, certioriter de re ab exploratoribus factus Zamorinus, ad Collecutanam oram appropinquanti classem oppensisuit nauium vnde triginta, eò certiore victoriam spe, quod Lusitanicas naues ipsis operibus impeditas, prorsus inhabiles ad pugnam putabat. re. Se.

re. Sed cum longè se fessellit opinio. Siquidem in barbaras duas reliquum agmen aliquanto spatio antegressas, Christianz tres eximia celeritate velis inuestigæ, tantù primo cogressu terrorem intulcre; ut naute militesq; tentata vix pugna illico se in mare deiecerint. quorum ferme trecenti è scaphis inter cnatandum occisi: cetera nauigia eodem me tuperculsa, qua cunque proximum fuit, turpi fuga littus petiere. nec fugientibus institit Gamma, propter gravitatem onerum, veritus ne qua in brevia per imprudentiam incurreret. in captiuis duabus haud spernenda merces inuentæ, in ijs pretiolæ fictilia, & argentea vasa permulta; itemque simulacrum aureum librarum ad sexaginta, horribili admodum specie: huic, lumen erant vice, duo primæ nocte ïmaragdi: è pectorc autem, claritatis eximiæ pyropus, caitanæ pene magnitudine, radibat. amiculum aureum plurima & varia de more gemma distinxerat. rebus hisce raptim flammæ subductis, aluei cum armamentis in conspectu omnium incensi. Gamma, rebus terra marique ex animi sententia confectis, cum ex itinere Cananoris Regem denuo salutasset; Moisambicum ad naues reficiendas, atque inde Olisiponem leto cum reboatu cantuque incolumis appulit. Egredientem in terram, excepere, Emmanuelis iusfi, principes nobilesque viri quam plurimi: qua ille celebritate ac frequentia, cunctis ordinibus maiorem in modum gratulantibus, regiam petijt. Auxere illius diei lætitiam, cum naues permultæ varijs è regionibus eodem tempore in portum inuestigæ; tum in pompa faustis omnibus & magno populi applausu prælatū aureū in argenteo disco rectigal, quod Abrahem^r Quiloë tyrannus eo pri-

MILVM



mum anno pependerat. Ex ea pecunia Emmanuel auream pyxidem in Sacrosanctæ Eucharistia vsum faciendam locauit: ac miro artificio perfectam, pretiosissime ornatam lapillis, in ad Bethleemitica posuit. At Zamorinus interim aduersis rerum suarum euentibus quotidie magis in rabiem accendi: & quod Calecutanas opes inde imminui, Cocinenses maiorem in modum augeri conspiccret, assiduis inuidiae stimulis agitari: Trimumparæ verò libertatem in respondendo, pertinaciam in Lusitanis omni ope tuendis ferre nullo modo posse. Quibus rebus per se iam satis ægrum & exulceratum animum, egregij scelerum omnium artifices Mahometani facile per pulere, vt ipsi Trimumparæ bellum inferret: at quoniam preces ac minæ parum prodescent, vi armisque ad Lusitanos tradendos hominem cogaret. Qua de re consilio principum indicto, plenique, vt sit, quod inclinatum Regis animum sentiebant; eò præcipitem sua sententia impellere nolabantur, unus Naubeadarinnus Zamorini sororis filius, & successor designatus, omne consilium bellifuscipendi gerendique discutere frustra conatus est: quandoquidem Zamorinus non nihil eius oratione & auctoritate commotus, reliquis tamen instigantibus, dolori potius & iracundia, quam rectæ rationi, ac salutaribus parere consilijs, ut plerique mortales, animum induxit. Igitur, vt Lusitanicæ classi præsidio Trimumparam exueret, qua illum una re potissimum niti præclarè nosset, bellum terra maximè sibi gerendum existimauit. Eoq; cōsilio exercitum omnem ad Pananem, cuius ante meminimus, vicum, sexdecim à Cocino leucas, coégit. Ea fūrē armatorum ad quinquaginta

ginta millia. Cuius tantæ molis tantiæ apparatus nuatio Cocinum allato; fremere plebs, adueniarum gratia se in capitibus ac fortunarum discrimen impelli: nomen Lusitanum diris omnibus exsecrari: ipsos ad cædem inquirere, ac sustulisset proculdubio, ni Rex eorum vitam firmissimo Nazirum præsidio munijset. Principes verò ac dynasta eodem perterriti metu, Trimumparam supplices etiam atq; etiam precari hortarique, temporis cederet: Zamorinum placaret: deniq; ignotæ amicitia & incertæ dispendio, regni salutii que aleam sine cunctatione redimeret. Quibus cùm Trimumpara obfirmata resisteret mente, nihilque sibi tanti esse vel vñquam fore affirmaret; vt legationis & hospitij violaret ius, fidemque datum Regi Lusitanæ falleret; dynastæ plerique, desperata Cocinensi re, ad Zamorinum vnâ cum amicis & clientibus transfugere. Quos imitati postmodum Europæ duo, Christiano indigni nomine, quos alij Illyricos, alij Insubres fuisse prohibent; deserta fide ac religione, tormentariam fabricam, & æris confandi scientiâ, cuius erant peritissimi, sanè graui Christianæ rei damno barbaris prodidere, neque impune cessit eis perfidia. siquidem post annos aliquot, agnoscentes errorem ac scelus, cùm ad Lusitanos redditum pararent, à Malabaribus illicò deprehensi, & concursu populi crudeliter interempti sunt. Dum hæc à Zamorino paratur, Sodreus, ora Calecutana vastata, Cocinū peropportunè cum socijs appulit. Eius aduentu Rex & Lusitani paululum respirarunt. Sed, ille simul edoctus quanto in periculo res esset, simul infimis precibus rogatus vt milites in terram expuleret, ieque cum Trimumparę copijs mature coniunge-



iungeret; contra omnium exspectationem animo prorsus obdurato respondisse traditur: Sibi manu custodiam ab Emmanuele commissam. Si marinum instaret bellum, se officio preclare functuru quandoquidem terra gerenda res foret, Rex cum cum suis ipse sibi consuleret. Ab hoc responso, gementibus Lusitanis, perculso Rege, ad fauces Erythreas obsidendas rectâ contendit: Arabumq; feni nauibus in itinere captis, præda ditatus ingenu, ad Curiam muriâ insulam haud longe ab Aromata promontorio, quâ in Septentriones obuerfa est, in anchoris constitut, ibi dum in Mahometanos porrò imminet excubatque; Maio mense ineunte atrocior Boreas vehementi procella naues allis ad saxa comminuit: ipseque Sodreus vnâ cum Blasio germano fratre, tum Ipreti Lusitanici sanguinis, cum destituti Regis amicissimi ac fidelissimi, poenas horribili naufragio, & repentina morte persoluit. Fertur, antequam id accideret, ab incolis identidem admonitus, uti statam & annuerariam eam tempestatem caueret; quamquam obtemperantibus alijs nauarchis, & in tuta secedentibus loca; ipse tamen contumaci vultu, verbisque insuper contumeliosis optima consilia respuisse. Hac ferme de Sodreis fratribus aduerso rumore vulgata; quamquam eos admodum locuples auctor Ioannes Barrius liberare culpa videtur, affirmans non ab Sodreis desertum Regem, sed enixè operarentibus, instantे iam hyeme remissum ab Rege. De vtriusque tamen exitu Barrius idem haud sanè discrepat. Cæteri, qui mutata paulò ante fluctuione periculum euitarunt, ad placandas cælestes iras Cocinum repetere, & laborantibus suis operem ferre sine mora constituunt: sed incense oficio

ficio voluntari haud ita respondit euentus . Petro
quippe Atadio duce , cùm Indicum pelagus tra-
iecissent, aduersis tempestatibus ad Anchediuam
insulâ hyemare coacti . Interca Lusitani, qui Coci-
ni versabantur, tum de sua, tû de Regis optimi sa-
lute foliciti , ac singularem viri constantiam atq;
animi magnitudinem valde admirantes, ab eo ma-
gnopere petiere, vti se ad Cananoris Regem nauigare
permitteret . ibi sine cuiusquam periculo tu-
tos ad noue classis aduentum futuros . Quibus
ille respondit, bono essent animo, ac diuinæ prouid-
entiae fideient; quæ bonas causas, cùm in extremū
discrimen venissent; cum maximè subleuare con-
fuerent: de profectio[n]e verò minimè cogitarent.
neq; enim le permisurum, vt quos semel in tute-
lam atque amicitiam recepisset, ij, se viuo & con-
sentiente, ad alienam opem supplices ac vagi con-
fugerent . Simul ceteros, ne depondeant animum,
hilari vultu, & accommodata ad tempus oratione
adhortatur . ac quanta maxima potuit celeritate,
copijs ex vniuerso regno contractis, opportuna
loca præsidijs firmat, fossas repurgat, nouas circa
vrbem munitiones vallumque perducit; in primis
verò, quoniam Repelini vada(is locus abest à Co-
cino leucas non amplius quatuo[rum]) ad exercitum
traducendum hosti erant petenda; Naramuinum
fororis filium, eximia spe lummæ virtutis adoles-
centem, hæredem regni destinatum, ibi cum Nai-
rum quinq; millibus, & quingentis opponit, ad eū
Laurentius Morenus, & aliquot Lusitani specta-
tæ fortitudinis viri vltrò se adiungunt . Zamorinus
per vates & sacrificulos ad proficiscendum omi-
nibus diu captatis, signa denique ad Repelinum
promovit, ac priusquam traijere conaretur,

noua

noua ferri flammarumque denuntiatione Trimparam aggreditur, ni Lusitanos relinquat. cum le minas omnes terroremq; præ officio ac fide cœteneret; copia traduci à Zamorino, quacunque vada patebant, illicò cœptæ. Sed resistentibus ac ter Nairibus, non sine magna suorum cæde, semiterumq; repulsus, ab innata mobilitate animi redditum cogitare apud se cœpit; atque, vt initia sedabat, rei difficultate deterritus procul dubio signa retro vertisset; ni pertinax Brachmanarum & Mahometanorum in Trimpumparam & Christianos odium acriter obstitisset. Eorum adhortationibus animatus ad cœpta prosequenda; per occultos internuntios questorem Trimpumparæ ingentibus præmijs, promissisq; corrumpit; vt per occasionem stipendij numerandi, quam plurimam è Naramuini præsidio ab signis abducatur. eam tamen ad trāsitum occasionem fore, ille per specie aduersę valetudinis in castra venire se posse dissimilari quamquā ægrè ferente Naramuino, dimidiā fermari Nairū partem in yrbe euocauit, quos cùm sub verum Naramuinus ea lege misisset, vt ante lucem castra omnino repeteret; Questor extra eto in multam diem negotio, tota de re Zamorinum per eodem nuntios admonet, ille, ne tantam opportunitatem frustra elabi pateretur; omnibus connixu viribus, non sustinente iam impetum Naramuino exercitum, sarcinas, atque tormenta partim a Etuarijs, partim vado traduxit; ac Naires vigiliffessos, & infrequentes, facta impressione in palmetta Cocino proxima cōpulit. ibi Naramuinus multis acceptis vulneribus, magna vicissim editio strage, fortiter dimicans vna cum duobus alijs regijs iuuuenibus cadit: reliqui fuga dissipati, vario

fin se in insti mur mi le, q reg vix pac nis tan gira re, nos ric ma rea uer dei tus mu pro cti par for sus iec lig ni hy Tr bi in ac

itinibus in regiam conuenere. Calecutanus, iam se intendentibus tenebris, vltra cedenti hosti non institit. Postridie, tam insigni parta victoria, Trumumparæ fidem iterum per communes amicos, mistasque precibus ac terrore litteras, tentat. ille, quamuis è tanta clade, ac præfertim ex amissa regia sobole, insigni dolore accepto; tamen (quod vix credibile videatur) stetit animo; conditiones pacis reiecit, collectis reliquijs Nairum, & omnis generis vndique coacta multitudine, aduentanti Zamorino se rursus obiecit. Ea quoque pugna vietus ac proligatus, accepto insuper vulnere, nihil habuit prius antiquilve, quam ut Lusitanos, eorumq; res omnes à cædis & direptionis periculo eriperet. Vaipinū est insula Cocino proxima, sacri & inuiolati apud barbaros soli, ac prætre, situ & operibus munitissima. in eā insulā aduenas cū eorum gaza raptim transferendos curat. dein cum egregia manu armatorum subsequi-
tus ipse celeriter: vt si minus loci religione certe munimentis armisq; hostem arceret. Omnes ferè proceres, vt supra dictum est, ad hostes turpi defec-
tione trâsierant. Vnus Vaipinensis dynasta Trimū paræ sese fidum comitem amicumq; ad finem usq;
fortiter præbuit. At Zamorinus, haud segniter v-
sus victoria, Cocinum penetrat; urbem famis in-
iectis vniuersam incendit: Vaipinum contēpta re-
ligione haud semel aggreditur; sed cum ignomi-
nia semper ac damno prohibitus, aduentante iam
hyeme, in proximū ver distulit bellum interea, ne
Trumumpara Cocinum repeteret, castella in ur-
bis ruinis nonnulla excitauit, & cohortes aliquot
in eo præsidio statuit. ipse tā secundis rebus elatus
actumidus, Mahometanis ac Brachmanis effusè

G lata-



HISTOR. INDICARVM

Ierantibus, ad gratias inanibus dijs agendas Cacutum reuertit. ibi, æraria officina instituta duos, quos diximus, fidei desertores, & alios quorum industria magnis præmij souebat incitabatque; omnis generis tormenta machinalijs ad virilem excidia comparabat; cum è Lusitania subito nostris admodum laborantibus affuit Francisco Albuquerius, omnibus belli adiumentis instrutus, is, Petro Ataidio cum ceteris qui ad Anchauam hyemauerant, ad suas naues adiuncto, Vapnum recta contendit, ac Trimuparam Emmanuelis nomine tum verbis amicissimis erexitum amatumque, tum ad regiam tuendam personam praesenti pecunia subleuatum, cæso & fugato Calectano presidio, in Regnum Cocini summa omnium gratulatione restituit. Inde, populando vrendo, perduellium recta sataque, non uno loco hodie vel inuitos in certamen extraxit; multisque minutis prælijs exiguo admodum suo detrimento cedit, postremò oppida quoque aggressus, primi Chiriuai pinum, dein Cambalanum, tum alias nobiles vicos, dynastis qui ad Zamorinum decerant, vel interfectis, vel in fugâ ad eis, ingentia dore militum expugnauit, incenditque. Ab ea ene gratiarum à Trimumpara exceptus, pro amictia petijt, vt quoniam inter eas nationes adeo infesta ad eam diem vita Lusitanorum fuisset, calclum ad eoru corpora & res ruendas exdicare Cocini liceret, quod Rex adeo prolixè liberaliterque concessit; vt è suis etiam palmetis, quoniamenta non suppeterent; præcipua firmitate manriet: dein loco in primis idoneo area dimela, & ipchoato iā opere; dudu expectatus è Lusitania cū

tientutis robore superuenit Francisci patruelis Alphonſus Albuquerius is, qui rerum deinde gestarū gloria Magni cognomen est consecutus, eius accessu, Lufitanis Indisq; certatim infudantibus, breui cōsummatum castellum, & in eo templum Diuō Barptolemo dicatum est: vt magno vtrumq; conſilio ac pietate, ſic modico ſumptu elegantiaq;. Sa-craru ēdiū & arcium, quæ varijs Indiae locis per alios aliosq; p̄fēctos deinde p otium absoluta fūnt, lignea illa prima edificia, quaſi typos ac proplaf-mata iure quispiam dixerit. Eo mumento perfec-to, supplicatio à Lufitanis habita: ſignū pendētis ē Cruce Domini ſub vmbella pretiola per multas instauratæ iam vrbis partes, p̄cinentibus tubis cū religioſo tripudio ac festa saltatione pr̄latū. pompa ad arcem vſq; perducta, & cū arx ipſa, tū in ea templum precatione ſolenni à ſacerdotibus conſecratum eo maiore letitia, quod illo primū die Romana Ecclesia diuinis in rebus, Lufitana gens in humanis, Indiē poffitionem adire quodā-modo videretur. Post hęc, Albuquerius uterque ad perdomandā Zamorini ferociam nouas excuſiones fecere, vastatus in primis Repelinēſis ager, pagi ac villa complures inflammatæ ac dirutæ, nauigia capta ac direpta permulta, deniq; bellō paſſim circumferendo, tantum terrorem omnibus circa populis intulere; vt Zamorinus ipſe, p̄fertim ſuadente Naubeadarino eodem, qui bellum antea diſſuauerat, oratores pacis & commercij petendi ad Lufitanos misericordi. cui conditionibus ijs datum est foedus, vt & cēdem Calecuti factam, & direpta mercimonia æquis æſtimationibus compensaret: itemq; ab laceſſendo armis Trimumpara in poſterū abſtineret. In haſce ferme leges pax cōuenit,

G 2.

ac rur-



ac rursus cum Zamorini popularibus amicis
& contrahi cœptum. Eadem fama permoti iam
dum tutores Colani Regis (nam ipse per aram
potens regni nondum erat) per legatos item fo-
dus & amicitiam periēre. Quibuscum eō libentius
iunctæ dexteræ , quò maiores in omnem partem
opportunitates habere visa res est. Etenim Cola-
num vrbs, quattuor & viginti leucas à Cocino
meridiem sita, in primis totius Indiæ antiqua
opulenta censemur. ex ea Calecutum, & alia Mal-
barici soli olim ductæ coloniæ. abundat mercibus
portum faciliter præbet accessu. ac præterea, multi
familijs veterum Christianorum incolitur : que
res longè etiam vehementius Lusitanos ad socie-
tatem gentis allexit. Igitur illis præcipue cau-
m in fœdere: multis & grauib⁹ iniurijs liberati,
rumq; fortunis ac dignitati consultum . Instituta
communi consensu amicitia, tabulisq; communi-
cij rite confectis, domicilium proprium Lusitanis
in vrbe Colano attributum. eō confessim nego-
tores cum scribis & custodibus immigrarunt. Ad
cessit rei diuinæ procurandæ causa Rhotericus De-
minicanus. is, & morum integritate, & doctrina
præstantia paucis diebus multos mortales partem
in recta fide confirmauit, excoluitq;: partim ab hi-
pendijs dœmonum ad Christi signa traduxit. Eo
dem anno quo hæc in India gerebantur (is sum
millesimo quingentesimus tertius) nauarchi ali-
quot ad conmeatus Arabicos prohibendos Oli-
pone profecti, Zanzibaris regem malis coacti,
stipendiarium Emmanuelis feceré. itemq; Bran-
liberæ ciuitati, leucas cis Melindein centum, 25
nuū vestigal impositum. ipsi vero Melindenisi Re-
gi, cùm à Môbazæ tyranno valde premeretur, su-
oppo-

opportuno tempore latè suppetiç. tyrannus ab armis discedere, & prope iam victo Melindensi pacem dare coactus est. Cùm terra marique negotia Lusitanica prospero admodum procederent cursu, & simul in varias regiones aditus Euāgelio patetieret; tranquillas iam à Calecutano res, vnius hominis cupiditas & amentia perturbauit. is, Cocinensi apothecæ præpositus, cùm nauem Malabaricam pipere onustam præteruehi cognouisset; repente vel auditate prædæ, vel priuato in Malabares odio incitatus, mittit qui captâ sine mora Cocinum pertrahant: nautæ cùm se Zamorini amicos & populares clamarent; Deumq; & hominum fidem testarentur, se ipsius missu Cranganorem petere; nihilominus Lusitani in incepto persistunt. coorta pugna, sex Malabres imperfecti, complures vulnerati: nec Lusitanis incuruentum certamen fuit. Expugnato nauigio, in Cocinensem apothecā piper omne convectum. Ea re cognita Zamorinus confessim ad Franciscum Albuquerium mittit, qui tantam iniuriam expostulent, ille cùm rē negligenter, nec modò ablata reddere, sed ne factum quidem vlla ratione purgare dignaretur; enim uero Zamorinus continuò exarfit iracundia, coalitamq; recens amicitiam indignabundus abruptit. Hanc ego diremptæ pacis ac societatis causam, Damianum Goesium & Hieronymum Osorium, sequutus, in medium attuli, haud sanè ignarus, in hoc etiam ab ijs dissentire Barrium: culpamque omnem in Zamorini mobilem animum vtcunque transferre. Sed regijs chronographis à me, præferunt in re tali tantaque temere fides abroganda nō fuit. Cæterū Zamorinus, vti dicere institueram, acri dolore succensus, primū edicta omnia de-

cretaq; in rem Lusitanorum facta exemplū resu-
cat. dein armatos parones ad intercipienda oner
circumquaque dimitit. postremō ad euertendū
Trimumparam, Lusitanosq; ex India pellendū
maiore quān vñquam antea conatu copijsque
comparat. Et quamquam inexpibili in virto
que odio ferebatur; bellum tamen distulit confi-
tō, quoad Albuquercij fratres onustis iam nō va-
loco nauibus, ex India abscederent. Quibus de
consilijs Trimumpara litteris amicorum ac num-
tijs maturè certior factus, cum Francisco (nam
prærat summa rerum) egit etiam atq; etiam, ut
deo difficulti ac periculoso tempore quam firmili-
mum sibi suisq; præsidium in discessu relinqu-
Sed neq; proximæ calamitatis memoria, neq; im-
minens Lusitanicæ rei discrimen, neq; optimi, de
constantissimi Regis obtestationes precesque de
Eterè Francisci animum valueré, vt naues plus ex-
cum centum & quinquaginta dumtaxat propug-
toribus daret, præfecto Eduardo Patieco viro fu-
tissimo: nimisrum, vt in tanta deinde paucitate,
militum virtus, tum verò diuinæ opis præse-
clarus appareret. Post hæc, Albuquercij fratres
terque simul, verū exitu dispari in Lusitanis
vela dedere. Franciscus, incertum qua clade, quo
ve infortunio, vñā cum socijs in itinere perij. Ap-
phonsus, quamvis magnis iactatus procellis, tan-
circa finem Iulij mensis, non minore quæstu que-
gloria, sospes in urbem Olisiponem introijt. Pa-
corum profecionem, solitus metu Zamorines
palam terra marique bellum ciebat. ducenta an-
plius nauigia, magnam tormentorum copiam, et
phantos complures, armatorum milia circiter
zginta contraxerat. Eo terrore Cocinum allato

multi cōfestim in Malabaris interiora dilapsi: ac
vix capitis poena proposita cohiberi populus po-
tuit. Ex reliquis copijs ægrē milites ad millia tri-
ginta conscripti, quorū tamen paulatim numerus
partim transitionibus, partim effugijs vix ad decū
millia redijt, nec ea quidē admodum forti animo,
vel integra in Trimumparam fide. Ergo tota pāne
belli moles in Lusitanos incubuit. Solennes tum
fortē agebantur ferīz, quibus cælestes iras in om-
ne genus humanum intentas olim suo potissimum
capite Christus excepit. Ea recordatione ad omne
decus ac pietatem incensī Lusitani, vicissim vitam
pro Christi nomine effundere gestiebant. Itaq; tan-
to inferioribus copijs, nullum periculum recusa-
re, caput libenter in discrimen offerre, & pericu-
loſſimas expeditiones certatim sibi quisque de-
poscere. Eduardus, quoniam multis partibus vno
tempore dimicandum fore non dubia coniectura
prospexerat, primū ad Repelini vada nouas mu-
nitiones obiecit: dein Cocinensi arce multis locis
instaurata, nouum insuper propugnaculū ad por-
tus introitum excitauit. ad hæc, naues & scaphas
maiores, vt ad subita occurrerent, omni genere te-
lorum ac tormentorum instruxit. At Zamorinus,
vti proximo bello fecerat, Repelini transitum, &
vado, & actuarijs longo ordine consertis tentauit
primū: dein magna suorum cæde bis terue re-
pulsus, cùm in angusto loco se multitudo impedi-
ret; & à nostris in confitam turbam irrita nulla
iacula incidenter, Repelinensis dynastę monitu ad
loca minus vadosa, verū patentiora descendit. ea
re cognita Patiecus cū expeditis celeriter anteu-
tit: ratusq; paucitatē consilio adiuuandam, noctu
fudes præacutas toto passim vado figēdas curauit:

G 4 postri-

postridie hostes magno imperu transire con-
partim se præstis cupidibus induerunt; partim
accedente æstu obruti; partim assiduis missilium
nimis vulnerati, occisiq; pars etiam, quæ vel nu-
di peritia, vel beneficio lntrium in vltiorem
uaferat ripam, acriter dimicantibus Lusitanis,
cæsi, aut in flumē detrusi. Zamorinus, ubi aperte
parum proficere se intelligit; ad infidias de mon-
conuerlus, percuttores, transfugarum specie, in-
duardum occulte summittit: hosce ille diuinis
deprehensos cōuictosq; Trimumparæ tradidit, in
quos arbitratu suo consuleret. prelio dein con-
ducti, qui veneno inficerent aquas: eo item sceleris
per indices patefacto, excubia ad fontes intenta
cura dispositæ. Rumor ad hæc de industria dissipatus,
Cocinç se præsidū cæsum, naues captas & incusas:
ac soli citati circa populi, vt in nostroru[m] stan-
nes, & apothecas impetum facerent, nomenq; Lu-
tanum omne delerent. ea quoq; fraus Dei bœnici-
cio pauit. Quo tam infelici rerum euentu cum
valde angeretur Zamorinus, tum ad infringendo
eius conarus, dira morbi lues accessit: qua multa
ex ipsius exercitu sedè absumpti; multi etiam
contagionis metu, & belli difficultate perterre-
ti, diffugere. Iamque suscepτæ expeditionis audito-
res exsecrantem, ac desperatis pâne rebus, depe-
ce ac de reditu cogitantem, iniecta repente ipsa
confirmavit expugnandi Lusitanicas in ipso Cocin-
ensi portu naues; quo uno subfido, vt supra di-
mus, Trimumparam vel maximè niti non ignora-
bat. Mahometanus quidam erat, Coiefalles nome
machinarum peritus. is ad Christianorum na-
uigia superanda, Malabaricis multo celsiora, cunctis
modi artificium ingenti omnium approbatione
com

commentus est. Binis paronibus, valido & à puppi & à prora tigno inter se commissis, turres erigebat; è quibus deni amplius homines in subiectas onerarias tutò eiaculari possent. Huiusc generis machinas octo cùm adornasset; Zamorino ignaro talium rerum, & adulatorum turba circumfluéti, tanta victoriae fiducia subito accessit; ut Eduardū ad se vincitū perduci sine mora imperauerit. Verū ille per exploratores tota de re præmonit⁹, nouas vicilim in onerarijs machinas excitarat. ac quo die commissum est prælum (is erat in cælū ascendentī Christo Domino sacer) nauium puppes, ne à tergo circuiri possent, ad littus applicuit: præterea, ad arcendum congressum, prominentes à prora malos obiecit: precatusque immortalem Deum, vt in ea quoque sibi pugna, sicut in cæteris propitijs adesset; inuicto animo, peregrina manu, ducentorū fermè nauigiorum impetum excepit. Ardentes primū pyræ ad Christianas naues inflammandas immisæ: quibus accessu prohibitis, & in cōspectu omnium frustra consumptis; tū demum turrata nauigia nequicquam admoueri cæpta. Siquidem præter ipsam machinæ formam, duplii præsertim clauo, ad regendum inhabilem, cœstus quoq; maris tum forte rapido accedens tractu, gubernandi arbitriū nautis ademerat. ergo, & magistri gubernacula huc illuc frustra torquere; & remiges irrito conatu in aduersum maris impetum redere; & infesto rostro in nostros directa nauigia repente modò in obliquum, modò in contrariū sisti: nihil iam loci consilio vel arti esse: neq; moderatores inter se constare; nec remigium clavo, neque clavis magistris parere: aliò naualis turba, aliò duces & propugnatores vocare, aliò cuncta simul æstus abripere. in

G 8 eo tu-

eo tumultu, cùm sagitarum multitudo cælum posse inumbraret; & crebris hinc inde fulgetris horribili cum strepitu radiantibus, omnium genitum usquequaque tela volitarent; è turribus octo vix duæ ad onerarias ægræ tandem appulsa. in qua de Ninato i. du maiores globi à nostris subinde coorti: laxatisque compagibus, partim auulis suis sedibus tabulata, cùm ipsis epibatis in aqua magno sonitu decidere; partim dissidentibus vadique fragmentis, consauciati permulti, ingenitem pauorem ac trepidationem cæteris intulerunt. Ad eum casum clamor à nostris terra marique sublatu; & integrata pugna tanto militum ardore, ut Calecutani, multis passim occumbentibus, attontati pauentesque certatim terga conuerterint, ne que yllis ducum Regisve iphius, aut minis aut horridamentis fisti fuga potuit. contento cursu remota Malabaris insulas, & intima pænitus etiaria potiere. quinque circiter ab initio belli menes effixerant. eo toto tempore Zamorini copias validas immunitas esse constabat. pestilentia, mortalium ad tredecim millia absumperat: totidem ferme hoc illucque distulerat metus. varijs præterea contaminibus, magna parte nauium ac tormentorum amissa, ex ipso militum robore millia plus quinque ceciderant. Zamorinus infeliciter iam roties in arma coortus, cùm & hyems immineret, noua insuper è Lutianja classis adesse dicerentur, abiectis bellii consilijs, ipso Diui Ioannis Baptiste natali die vasa collegit, ac retrò ad Panamam tristissimus abiit. Brachmanæ auguresque, quod bellii suosores & impulsores semper suffissent, recte in ipsorum caput calamitas verteret; etiam tantæ acceptæ cladis in male obseruatae.

spicia , neglectas religiones , & vota minus fideliter persoluta , cuncti ex composite reiecere . Hisce artibus mendacijsque sacrilegi impostores existimationem suam egregia simulatione tutati . Zamorino , vanis superstitionibus miserè obnoxio , ingens dirarum iniecta formido . regni administratione vicarijs tradita , ipse interim æger animi , ac mœrore pane consecutus , in auiam solitudinem cum exiguo comitatu , ad placandos commentitios Deos , & expianda peccata secessit . At Lusitanorum , eo toto bello , cum omnium tum vero Eduardi præcipue Patieci virtus erituit . Is & ante prima signa fortiter dimicando , & infidijs maturè præcauendis ; & disponendo milite , & muniendo vbi res postularet ; & omnia militaria munera impigre obeundo ; acerrimi simul bellatoris , & ducis eximij laudem omnium testimonio est consecutus . Quamquam attentius belli progressum & euentum æstimantibus , diuina potius , quam humana tota res visa . quādo tam multis Mælabaribus ex vtraque parte cadentibus , Lusitanus tot prælijs desideratus est nemo , ac nauium insuper aluci nō semel traiecti ac perforati sine ullius dano feruntur ; & fulmineo excussæ rotatu ferræ pilæ , irrita plaga (quis credat ?) obuijs quorundam exceptæ pectoribus . Quas ob res , Christo salutis humanæ parenti , supplicationes hæbitæ , & solenni ritu , pro ea quæ tum suppeditabat copia , sacrificatæ est . Redeuntem è prælio Patiecum Trimumpara per quam arctè comiterque complexus , immortales eius virtuti ac fortitudini gratias egit : nec modo regnum , sed vitæ salutemque Lusitanis haud uno iam nomine acceptam ingenuè tulit . Interea multo-

litteris & nuntijs certior factus Emmanuel quanto in periculo res Indica versaretur; ipsum Soarium Aluarengam cum nauibus duodecim subsidio suis laboratibus miseratis, quamquam ab Eduardo parta iam ante victoria, magnū tam ad Coccinense regnum & Lusitanica negotia stabilienda, momentum attulit. Siquidem Zamorina & quotidiano matris conuictio, & assiduis populorum precibus in patriam reuocatus, bellum eadqua deposituerat leuitate, reparare terra mariq; instituerat. Iamq; ad Cranganorem oppidum terrestres naualesque copias intentiore delectu habito contrahebat. Eius rei fama Coccinum allata, Lusitani circiter mille, Naires ad duo millia confessi eo profecti, recens edificata ab hoste nauigia primū expugnat, praefecto rei maritimæ cū duobus filiis interempto: dein exscensione facta, eodē impetu Naubedarini peditatum fundunt fugatique tum Cranganori oppido iniectæ flammæ; Christianorum tamen testis, ac præcipue sacris MARIÆ Virginis, & Apostolorum ædibus temperatum est. Per idem tempus Rex Tanoris (ea quoque Malabarica est regio) cū finitimiis bellis admodum premeretur, a Lusitanis auxilium petiit; sed, ni aspernarentur, Emmanuelis vectigalem fore proficuum est, missi exemplò aliquot Lusitani manipuli: quod ille subsidio, cū breui superior hostibus euasisset; certis, uti receperat, legibus, in Regis Lusitanis societatem, ditionemque concessit. Inter haec, Indico mari ab Lusitanis vehementer infesto, Caleutana commercia magis in dies imminui, negotiatores & inquilini partim ad suos lares, partim in aliena regna migrare. In ijs mercatores Arabicom omniū ditissimi, cū ad Mecam redditum parant

pecuniam & pretiosissima queq; in naues imposuerant, sub Lusitanicæ classis discessum illico vela facturi. Non fecellit ea res Aluarengæ. Continuo Pandaranæ portu scaphis audacter inuestus, onerarias Arabum septendecim instar muri inter se colligatas, omni telorum genere ornatissimas, & propugnatoribus refertas, vi cepit, ac direptas incendit. Pertinacibus animis virisque certatum est, è Mahometanis duo millia; è nostris vigintiquinque, non amplius, interfecti: vulnerati ad centum & triginta. Inde, relicto cum tribus nauibus ad Cœcum tuendum Emmanuele Vasconcellio, opimis spolijs onustus Aluarenga Lusitaniam petiit, comite itineris Eduardo Patieco: cuius egregia virtuti, immortalibusque erga se promeritis, Triumumpara debitum testimonium scriptis ad regem litteris tribuit. Ei testimonio cùm aliorum etiam litteræ sermonesque astruerent fidem; Emmanuel talem ac tantam indolem in obscuro latere nequam est passus. ac præter cæteros honores aduenienti Eduardo publicè priuatimque habitos, præ clara quoque viri facinora pro concione diligenter exposuit ornauitque Regis iussu Iacobus Ortizius Visensis Episcopus: idemque cæteris in oppidis Lusitanis factitatum. dein, vt in communī causa commune gaudium esset; ad Christianos omnes Reges principesque, ac Romanum præcipue Pontificem, Emmanuel in eandem sententiam accuratè perscripsit. diu celebrati sermone omnium nationum tam noui tamq; admirandi rerum euentus; gratiæ vbique ingentes actæ Deo; nec parum inde Lusitanico generi ac nomini dignitatis accessit.

LIBRI SECUNDI FINIS.

HISTO.